



**R. P.|| Vincentii|| Brvni, Socie-||tatis Iesv,|| Meditationes,||  
In Septem Praecipva Festa|| B. Virginis**

**Bruno, Vincenzo**

**Coloniæ Agrippinæ, 1598**

IX. De gloria B. Virg. assumptione.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59989](#)

DE GLO-  
RIOSA ASSUM-  
PTIONE BEATISSI-  
MAE VIRGINIS MA-  
TRIS DEI  
MARIAE.

MEDITATIO IX.  
SCRIPTVR A.

SIGNVM magnum apparuit *Apoc. 12.*  
Sin cælo, mulier amicta Sole,  
& Luna sub pedibus eius, &  
in capite eius corona stellarum  
duodecim.

FIGVRAE.

REX Dauid post debellatos *2. Reg. 6.*  
omnes inimicos, videns iam  
regnum suum esse in pace &  
quiete, inquit Scriptura, recor-  
datus est arca testamenti, quæ e-  
rat in domo Obededom: cumque  
eam vellet in suum transferre pa-

L 4 latium

250 MEDITAT. DE  
latium, ut ibi in maiori honore &  
auctoritate esset, instituit eam in  
rem festum admodum solemne, va-  
rio contentu musicorum instrumē-  
torum celebrandum, ipseq; Rex cū  
toto populo abiit ad eam inde a-  
mouendam & cum magna latitia  
& gratulatione in suum palatium  
adducendam.

3. Reg. 2.  
2. Cum regis Salomonis mater  
sē ad visitandum filium suum con-  
tulisset, afferit Scriptura, fuisse ma-  
tri Regis præparatum thronum re-  
gium, eamq; ad eius dexteram con-  
sedisse.

Hest. 2.  
3. De Hester virgine Hebræa,  
commemorat Scriptura, eam à ma-  
gno Rege Assuero amatam supra o-  
mnes alias mulieres. Vnde tantam  
gratiam apud Regem obtinuit, vt  
eam in sponsam suam elegerit, &  
capiti eius coronam regiam impo-  
suerit, regnique participem effe-  
cerit.

PRO

B. VIRGINES 291  
PROPHETIAE.

SURGE Domine in requiem tuam, tu Psal. 131.  
¶ arca sanctificationis tuæ.

2. Surge, propera amica mea, columba Cant. 2.  
mea, formosa mea ¶ veni. Iam enim hymen transiit, imber abiit & recessit.
3. Veni de libano sponsa mea, corona Cant. 4.  
beris.
4. Tenuisti manum dexteram meam, ¶ Psal. 72.  
in voluntate tua deduxisti me, & cum gloria suscepisti me.
5. Quæ est ista, quæ ascendit de deserto, Cant. 8.  
delitijs affluens innixa super dilectum suum.
6. Asitit Regina à dexteris tuis in vestitu deaurato circundata varietate.

CONSIDERATIONES.

IAM tempus erat, ut pura illa & Punct. I.  
Innoxia columba, quæ missa est à magno nostro Patre in hunc turbulentum mundum, post inuentam pacem tantoperè ab omnibus desideratam, cum ramo oliuæ viridi rediret in arcam, ad eum, qui illam emiserat. Tempus erat, ut virgo sacra tissima à Patre cœlesti huc ad nos missa pro salute mundi, post allatas tantas generi humano fælici suæ

L 5. partu

252 MEDITAT. DE  
partu benedictiones, & luctum no-  
strum in gaudium conuersum, non  
amplius remaneret in terra, ac nobis-  
cum in terram abiret, sed ad creatorē  
suum reuersa nouam quoque sua  
præsentia cælestibus ciuibus tanto  
desiderio eam præstolantibus, conci-  
liaret pacem & lætitiam. Verum pri-  
mò considera, quibus de causis con-  
gruens fuerit, ut sacrum huius inno-  
centissimæ matris corpus non con-  
uerteretur in cinerem & putredinē,  
sed vna cum sanctissima anima glo-  
riosum trāsferretur in celum. Et pri-  
mò, sicut beatissima virgo excepta  
fuit ab illa generali maledictione  
cōtra Euam lata in pænam eius pec-  
cati, *In dolore paries filios tuos.* sic cen-  
setur quoque excepta à generali pœ-  
na, de qua dictum est Adamo. *Puluis*  
*es & in puluerem reuerteris.* Hoc enim  
priuilegium virgini debebatur ob  
eximiam sanctitatem & gratiam, qua  
digna iudicata est, vt in se ipsum  
Deum reciperet. Adhæc cum M A-  
RIAЕ caro eadem sit cum carne  
**CHRISTI**, vti hæc ob dignita-  
tem suæ personæ mansit incorru-  
pta; secundum illud, *Non dabis jan-  
dum tuum videre corruptionem,* ita cer-  
tè com-

*Psal. 15.*

tē conuenit & matris carnem incorruptam mansisse: nam putredo & vermes sunt humanæ conditio- nis peccato inquinatæ opprobrium, à quo opprobrio cum C H R I S T V S fuerit immunis, immunis fuerit & M A R I A cuius carne C H R I S T V S se vestiuit. Et certe auribus Christianis abominabile videtur, audire sacratissimam carnem, è qua suam carnem C H R I S T V S sumpsit, & cum diuina na- tura coniunxit, in cibum datam ver- mibus. Præterea si Dominus in- tegrā seruare voluit virginalem verecundiam suę matris: cur fas non fit credere, quod illam à putredine & fætore alienam conseruare volue- rit? si enim tanto honore eam affe- cit in vita, ut super omnes alias mu- lieres eam tot priuilegijs & præroga- tiuis exornarit, sane valde pium est eredere, quod eam etiam in morte hoc singulari priuilegio honorare voluerit. Accedit, dignum esse, ut Dei thronus, sponsiq; cælestis thala- mus, & sacrū illud C H R I S T I taber- naculum, sit ubi ipse est: nam thesau- rum tam pretiosum potius in cælo, quam in terra conseruari, congruens

L 6 est.

*Ios. 6.*

est Ac si Dominus domū Raab me-  
ritricis euerti noluit , cū reliquis do-  
mibus vrbis Hiericho, eo quod in il-  
lam recepti , & absconditi ad ynā diē  
fuerint exploratores Iosue, quanto  
rationabilius domum virginis MA-  
RIA E, in quam idem Dominus re-  
ceptus est, & totos nouem menses in-  
habitauit, conuenit non destrui, nec  
in cineres dissoluī? Si quoque Domi-  
nus dixit seruis suis; *Qui mihi ministrat*  
*me sequatur: & ubi ego sum, illuc & mi-*  
*nister meus erit, nec dubium sit, beatissi-*  
*mam Virginem fidelius alijs om-*  
*nibus Christo seruiisse, tot annis pro-*  
*eō laborando, eum comitando quo-*  
*cunq; iret, & ministrando usque ad*  
*crucē; Si igitur illa non est, ubi vult*  
**CHRISTVS** ministros suos esse, ubi  
erit? Et si ibi est, ubi Christus, sed æ-  
qualis reliquis in gratia , quomodo  
locus datur diuinæ æquitati & iusti-  
tiæ, cuiq; rependēti secundū merita?  
Ergo si Maria dū vixit, virtutibus &  
meritis omnibus præluxit mortal-  
bus, diuinæ utique iustitiæ congru-  
ens est, vt à filio, ad sublimiorem,  
quam cæteri ministri, gradum sit  
euecta ; nempe non anima tan-  
tum, sed etiam corpore ; imò si de  
alijs

*Ioan. 12.*

alijs multis legitur, eos in Resurrecione Domini, ex speciali priuilegio una cum C H R I S T O, à mortuis excitatos, resurrexisse, cum quo etiā nunc in gloriis corporibus regnāt in cælo, qua ratione credi potest, priuilegium à C H R I S T O multis cōcessum, negatum propriæ matri? Denique nec dubium ullum est, quin CHRISTVS id facere potuerit, est enim omnipotens: modum quoque & rationem id perficiendi perspectam habuerit; est enim infinita sapientia prædictus. Voluit quoque facere, quia summè bonus & benignus est. Erat quoque hoc ipsum admodum conueniens ut fieret: nam cùm ille mandauerit in honore habendam matrem, conueniens, rationique consentaneum erat, ut hoc honore quoque afficeret Matrem suam. Quare & citra dubitationem ullam fecit, & corpus eius incorruptum, & putrefactionis expers custodiuīt; atque ita anima & corpore gloriosam in cælestē regnum subuexit.

2. Legimus sanctum regem D A V I D E M, post debellatos omnes hostes, & pacificam regni sui possessionem obtentam, in palatio regio degentem

L 7 arcæ

arcæ Dei tandem recordatum, quæ adhuc in priuatis ædibus Obededom custodiebatur, sed non tanta veneratione, quanta sacris his reliquijs debebatur. Itaque mox imperauit, vt quanta fieri posset religione, & veneratione in suum palatium transferretur, ipseque cum toto populo eo concessit, vt illam exciperet, & comitaretur. Non secus CHRISTVS Dominus noster, rex cæli & terræ, post triumphum de mundo & Satana subacto celebratum, dum in cælo, in pacifica & cælesti Hierosolyma regnaret, recordatus est sanctæ & diuinæ arcæ, in qua ille elegerat corporaliter habitare, & adhuc sub terra erat. Vnde desiderio ardens træferendi illam in locum digniore, vti rem omnium longe carissimam, cogitauit illud, quanta posset solennitate perficere. Qua de causa obsecrabant illum quoque Angeli sancti, optantes videre suæ Reginæ gloriam & exaltationem, per quam ciuitatis illius cælestis ruinæ erant restauratae. Idem orabant Patriarchæ & Prophetæ, cū omnibus alijs cælestium ciuium ordinibus, vt gratiam aliquam rependerent, pro singulari beneficio sibi

præ.

præstito, quod opera huius matris ab illis tenebris, & vmbra mortis (in quibus tot annis delituerant) sint liberati, & in admirabile lumen ac Domini-  
nieorum gloriam translati. Pro hac quoque re supplicabat beatissimæ Virginis anima: videbatur enim con-  
ueniens, ut innoxium eius corpus,  
quod semper ei paruerat, laborum-  
que & afflictionum pro ipso Domi-  
no perpessorū, particeps fuerat; par-  
ticeps quoque fieret præmij, summe-  
que gloriæ, quam in cælo obtinue-  
rat. Similiter & ipsum corpus suis  
quoq; precibus cælestis sponsi aures  
pulsauit, ad quē videtur, dum suaui-  
ter in illo sepulchro obdormiret, in  
hæc verba locutum, Osculetur me oscu- *Cant. I.*  
lo oris sui Deniq; spiritus admirabilis  
ipsius Domini gemitib. inenarrabili-  
bus clamās in corde, orabat illū, imò  
per eius bonitatem infinitamque ca-  
ritatem constringebat, ad hanc gra-  
tiam & honorē suæ matri tantopere  
dilectæ impertiendū. Permotus ergo  
his desiderijs sanctis, iustisq; precib.  
clementissimus Dominus, cū diuinā  
suam voluntatē patefecisset, vidisses  
subito aperiri cælos, & angelorū exer-  
cit⁹ descēdere, qui magno triūpho &  
iubī-

258 MEDITAT. DE  
iubilo, partim præibant, partim seque-  
batur, partim etiā comitabantur Regē  
gloriæ, qui ipse sanctissimam matri  
animam brachijs suis amantissimè  
complectens, adiit campum Gethse-  
mani, vt ibi innocentissimum eius  
corpus inueniret. Vbi dum dulcia il-  
la & amoris plenissima verba pro-  
nuncia. *Surge amicamea, speciosa mea,*  
*O veni, sonet vox tua in auribus meis: vox*  
*enim tua dulcis, O facies tua decora ni-*  
*mis. Veni de Libano sponsa mea coronabe-*  
*ris, vno momento sancta illa anima*  
*purissimo corpori coniuncta est, &*  
*gratiosis diuinis que oculis suis aper-*  
*tis respondit, Ecce venio, vt faciam vo-*  
*luntatem tuam D E V S meus. Quo di-*  
*cōdō, postquam velut humilis ancilla*  
*incredili submissione Dominum adi-*  
*orasset, accepto ab eo osculo pacis*  
*illius quæ exuperat omnem sensum,*  
*infinita lætitia gestiēs in filij sui bra-*  
*chia sē recepit:*

3. CORPORE vero illo glorio-  
so è sepulchro prodeunte, videre e-  
rat è terra fulgentem quandam &  
splendidam emergere auroram imo-  
nouum quandam Solem hoc nostro-  
lucidiorem. Tunc omnes stellæ ma-  
tinæ, spiritus illi angelici, beateque

an-

Cant: 2.

¶ 24.

animæ, huius noui solis radijs illu-  
stratæ, gratius cæperunt collucere, &  
festis vocibus accinere, sic prorsus  
ut terra æquè ac cælum eius laudibus,  
suauissimisque hymnis & melodijs  
resonaret. Quod si de Regina Saba  
scriptum est, eam ingressam fuisse  
Hierosolymam multo cum comita-  
tu, & diuitijs, camelis portantibus a-  
romata, & aurum infinitum nimis,  
& gemmas pretiosas, cum quæreret  
Regem Salomonem: quanto nobi-  
liorem, illustrioremque comitatum  
fuisse credimus huius magnæ Regi-  
næ & Imperatricis, non terræ solum,  
sed etiam cæli? quos thesauros, quan-  
tas opes tot donorum & charisma-  
tum cælestium à diuina bonitate illi  
collatorum secum abstulerit? Quam  
varia & odorifera fuerint excellen-  
tissimarum virtutum eius aromata?  
Quam copiosum & resulgens fuerit  
perfectissimæ eius charitatis aurum?  
Quam pretiosæ tot præstantium præ-  
rogatiuarum gemmæ, quibus supra  
omnes alias creaturas à Domino or-  
nata fuit & exculta? O quam nobile  
donum hoc die, terra nostra intulit  
cæle, yt dum damus & vicissim reci-  
pimus, fælici amicitiæ vinculo hu-  
mana.

3. Reg. 10.

260 MEDITAT. DE  
mana diuinis, terrena cælestib. iun-  
gerentur. Sursum ascendit primo  
fructus terræ sublimis, vnde postea  
optima & perfecta dona ad nos de-  
fluxerunt Itaque etiam hæc beatissi-  
ma Virgo ascendens in altum dabit  
dona hominibus; nec enim potest il-  
li, aut potestas, aut voluntas deesse;  
est enim illa Regina cæli, est misé-  
ricors, est denique Vnigeniti filij  
Dei mater. Iam verò contemplate,  
quo modo hæc gloria regina eue-  
cta sit in cælum, diuina nimis lumen-  
ce vndique vestita & circundata, &  
instar teneræ & delicatæ sponsæ su-  
pra dilectum suum innixæ, sustenta-  
ta, & deportata in vlnis eius, quem  
sæpius in vlnis suis deportauit, &  
virgineo suo pectori applicuit. O  
quam fælix remuneratio, quam su-  
cundum hoc fuit spectaculum. Hæc  
est speciosa illa columba, quæ, ut ca-  
nit Ecclesia, visa est ascendere super  
riuos aquarum, verè columba ob sin-  
gularem suam puritatem & simpli-  
citatem, & simul speciosa ob diuina-  
rum eius virtutum ornatum, & inæ-  
stimabilem gloriam. Rectè autem  
dicit, quod viderit ascendentem su-  
per aquas, nam ascendit innixa super  
fon-

per fontem viuum, super aquas refectionis, de quibus ipse Dominus dixit. Si quis sitit, veniat ad me & bibat. Considera deinde quanta lætitiae signa dederit nobilis ille comitatus eam cingens. Legitur de rege Dauid, cū comitaretur arcam Dei, illam septem cantorum chorus circundatam fuisse, suarum vocum, cantionumq; varietate suauissimam edentium harmoniam & concentū: quales ergo chori erant, qui hodie hanc viuā Dei arcam stiparunt, nisi chori Angelorum, Patriarcharū, Prophetarum, Apostolorū, Martyrum, Confessorū & Virginum, qui omnes una cantantes dicebant: *Surge Domine in requiem tuam, tu & arca sanctificationis tuæ.* Arca certè regia, arca pretiosissima, in qua totius sanctificationis thesaurus latebat: arca non iam illa, quam rex Dauid tanto triumpho comitatus est usque in suum palatium, quę à Moyse fuit fabricata, & tabulas continebat legis, sed viua arca, cuius architectus & habitator fuit ipse Auctor Legis, creator & conditor orbis. ille fabricauit illam, ille comitatus est, imò ille deportauit eam in regium suum & cælestē palatium. Itaque meri-

Psal. 131.

merito in solennitate tam gloriosa,  
præ gaudio iubilant omnes filij Dei,  
& singulatim Angeli accinentes lau-  
des Virginis, eo quod ipsorum Re-  
gem genuisset, & vitam in terra si-  
milem suæ, imò plus quam angelicam  
duxisset. Iubilabant Patriarchæ,  
quod nata ex eorum stirpe, no-  
biliores & illustriores quoque ipsos  
reddidisset. Iubilabant Prophetæ,  
quia illis primum fuit reuelata, & ab  
illis varijs modis prænunciata. Cane-  
bant etiam Apostoli, qui tunc adhuc  
viuebant in terris, quia ab ea velut  
matre & Magistra, in multis dogma-  
tibus erant instructi, multorumque  
arcanorum & diuinorum mysterio-  
rum conscij per eam facti. Gaude-  
bant similiter Martyres, velut de il-  
la, cuius anima transfixa fuerit dolo-  
ris gladio, & ideo plus quam Martyr  
erat, imò omnium martyrum regi-  
na. Celebrabatur item à Confessori-  
bus, quia quo tempore CHRISTVS  
passus & mortuus est sola intrepide  
eam confessa est. Denique & Virgi-  
nes magnum ei detulere honorem,  
& suauicorcentu eam sunt comita-  
tæ, eo quod inter illas omnes tenu-  
erit principatum, atque una cum Vir-  
gini.

ginitate meruit obtinere donum fæcunditatis. Hic perpende quantum præ lætitia exilierit B. Virgo inter tot laudes, tantas benedictiones, & tot suauissimas cælestium concen-tuum voces, & multo amplius, cum videret diuinos filij oculos in se cum tanto amore coniectos, iamque suis brachijs complecteretur tantopere desideratum & quæsitum. Quare meritò usurpare potuit illa sponsæ verba, *Inueni quem diligit anima mea,*

Cant.3.

4. C O N S I D E R A, dum hæc Regina tanto cum triumpho & gloria è terra in cælum perducitur, supernæ Hierusalem ciues admirabun-dos naturam tam imbecillum tantis refulgere virtutibus & donis intra-fse dixisse, *Quæ est ista, quæ ascendit de deserto, delitijs affluens innixa super dilectum suum?* Quæ verò erant aliæ hæ-delitiæ, nisi rarum illud virginitatis decus, cum virginitatis dono con-iunctum? illa singularis, profunda-que humilitas, illa ardentissima cha-ritas, ille fauus misericordiæ dulcis-simus, illa gratiæ plenitudo, illa glo-riæ eius prærogatiua singularis? Ascendit denique innixa super dilec-tum

Cant.8.

ctum suum, vnum idemq; facta cum ipso. O fælicem matrem, cui diuina Maiestas seruiuit pro sustentaculo, quæque in sui sponsi, filijque vlnis meruit requiescere. O quanta dignitas, quam eximum priuilegium est tam familiariter posse inniti super illum, in cuius faciem etiam Angelicæ potestates reformidant oculos coniçere Considera, quid hoc loco primi Angelorum choi, qui in hoc nobili triumpho præibant, responderint. Hic est, dicebant, illud tabernaculum sanctum Sion, manu altissimi fundatum, de quo ille, postea factus homo, nasci voluit. Ad hæc subiungentes dicebant, *Ista est speciosa inter filias Hierusalem.* Eadem de causa & reliqui Sanctorum choi, qui instar coronæ huius sacræ Imperatricis latus stipabant, dicebant. Hæc est, cuius profundam humilitatem Dominus respexit, in qua magna operatus est, qui potens est, vnde & omnes generationes merito eam beatam prædicant. Cum igitur tanta solennitate & pompa deducta fuerit in cælum, cogita quam ineffabili lætitia perfusa sit, in ipso cœlitatis Dei ingressu, quanta congratulatio-

ne ab omnibus fuerit recepta , quanto honore & gloria hodie à Domino fuerit in domicilium cæli inducta, vt rependeret officium hospitalitatis sibi præstitum , cum ingreditur castellum huius mundi, hoc est , virginem eius uterum . nam sicut in terra locus inuentus non est dignior illo virginali templo , in quo M A R I A hospitium præbuit Dei filio : sic in cælo non fuit locus dignior regali illo solio, in quod ipse M A R I A E filius matrem suam cuexit . Nam quis mente comprehendere poterit , quanto deuotio- nis affectu omnes illæ cælestes le- giones illi obuiam processerint , quo concentu , qua celebritate fue- rit perducta ad thronum gloriæ ; Quam sereno vultu , diuinisque am- plexibus fuerit à filio recepta , co- que honore, quo tanta mater erat di- gua ; eaque gloria quæ tantæ ma- tri congruebat . Vere fælicia fuere oscula ab ea infantulo I E S V da- ta , quando cum in vlnis suis virgi- neis complectebatur , & pectoris sui lacte pascebatur . Verum , quan- to fæliciora putamus fuisse oscu- la , quæ hodie recepit in salutatione

ab

266 M E D I T A T . D E  
ab eo facta qui sedebat ad dextram  
Patris? Quod si, ut scriptum est, oculi  
nisi non vidit, nec auris audiuit, nec  
in cor hominis ascendit, quæ Deus  
præparauit diligentibus se, quid arbitri-  
triamur ab eo præparatum gignenti  
se? Felix verè Maria, & ter fælix, cum  
cum recepisti Saluatorem, tum cum  
à Saluatore es recepta; in utroque e-  
nim admirabilis tua dignitas, & di-  
uinæ Maiestatis ineffabilis amor ap-  
paruit.

5. L E G I M V S Assuero regi tan-  
topere placuisse pulchritudinem hu-  
milis & honestæ virginis Esther, ut  
eam in sponsam & Reginam elege-  
rit, capitique eius coronam regni im-  
posuerit. Quales verò, & quam pre-  
tiosas cogitamus fuisse coronas, qui-  
bus hanc humilimam Virginem, spon-  
sam Dei super omnes alias dilectam  
sanctissima Trinitas coronauit & or-  
nauit? Ac primò quidem Pater æter-  
nus imposuit eius capiti coronam po-  
tentiae, qua post C H R I S T U M illi  
potestatem & autoritatem concessit  
super omnes creaturas cælestes, terre-  
stres, & infernales. Secundò verò ab  
Vnigenito filio suo coronata fuit  
Scientia & sapientia, singularique lu-  
mine

1.Cor.2.

Hefer. 2.

mine gloriæ eius intellectus ita illu-  
stratus, vt ad tantam diuinæ cogni-  
tionis & beatificæ visionis lucem  
peruenerit, quanta nulli vnquam  
creatüræ, nec angelicæ, nec humanæ  
concessa fuerat. Tertiò à sancto &  
bono spiritu coronata est charitate  
& pietate, accensis in eius corde tan-  
tis amoris in Deum flammis, vt plus  
diuina charitate arderet, quam ipsi  
Scraphini. Deinde tanto humanæ sa-  
lutis curandæ zelo flagravit, vt sem-  
per erga nos non nisi viscera matris,  
& misericordissimæ matris' ostende-  
rit. Hic potes cogitare, quomodo B.  
Virgo ob tantum honorem sibi à  
Domino delatum, coram diuina Ma-  
iestate humilimè se demittens dixe-  
rit, *Magnificat anima mea Dominum.* Et  
*exultauit spiritu meus in Deo salutari*  
*meo.* quasi diceret. Tibi Domine, qui  
tantopere magnificasti & honorasti  
hanc tuam humilem ancillam, non  
aliud potest rependere anima mea,  
quam vt perpetuo magnificet & lau-  
det Maiestatem tuam, & vt spiritus  
meus in prædicandis tuis Saluatoris  
mei laudibus exultet. Hæc cum il-  
la dixisset, cogita, quanto honore, &  
quanta exultatione ac lætitia totius

M

cu.

curiæ cœlestis , tanquam regina ac  
sponsa altissimi exaltata fuerit supra  
omnes Angelorum choros , supra  
omnes principatus, potestates & vir-  
tutes. Tunc , vt scriptum est , pos-  
sum est thronus matris Regis , quæ sedet ad  
dexteram eius . visaque est regina , de  
qua locutus est Propheta , assistere ad  
dexteram Regis gloriæ in veste deau-  
rata , summæ & inæstimabilis glo-  
riæ , innumerabilem virtutum &  
perfectionum varietate circum cir-  
ca adornata . Tunc illi viginti qua-  
tuor seniores , ut est in Apocalypsi ,  
coronas suas deposuerunt ante thro-  
num Dei , hoc est , ante Beatam Vir-  
ginem , in qua , velut in regio throno  
ipse D E V S requieuit . Et quid  
aliud per hos seniores significatur ,  
nisi omnes cœlestium ciuium ordi-  
nes , qui omnes deposuerunt coro-  
nas suas , hoc est , victorias , honores ,  
& præmia ad Virginis pedes ; hoc ri-  
tu testificantes illam esse Reginam  
suam , & omnibus illis coronis esse  
digniorem , eò quod in ipsa , plus  
quam in alijs omnibus resulserit an-  
gelorum puritas , Patriarcharum si-  
des , Prophetarum spes , charitas &  
zelus Apostolorum , constantia Mar-  
tyrum

3. Reg. 2.

Psal. 44.

Apoc. 3.

tyrum, Doctorum sapientia, Confessorum temperantia, castitas Virginum, & Matrum fæcunditas. Tunc audissem in cælo vocem communem omnium, ex immenso gaudio & lætitia clamantium. Benedictio & clæritas & sapientia, & gratiarum actio, hoc Apoc. 19.  
nor & virtus, & foritudo Deo nostro.

Gudeamus & exultemus, & demus gloriam ei, quia venerunt nuptiæ agni, & viror eius preparauit se. O quanto iubilo, quanta admiratione & gaudio, quam lætis & iucundis vocibus omnes viæ & plateæ cælestis ciuitatis personuerunt? Ibi prædicabantur M A R I A E laudes. ibi omnibus patefiebat eius gloria, ibi nomen eius ab omnibus in cælum cerebatur, & merito: quia quo quisque honore & fælicitate fruebatur in se, is longissimè redundabat in M A R I A, imò ex abundanti eius plenitudine omnes participabant & gaudabant.

6. S I G N V M magnum apparuit Apoc. 12.  
in cælo, mulier amicta Sole, & Luna sub pedibus eius. Signum verè magnum est beatissima Virgo: quia è longinquo visa est, nempe à Deo

M 2 ante

270 MEDITAT. DE  
ante omnia sæcula præuisa & præde-  
stinata, ut esset Vnigeniti filij sui Ma-  
ter, & similiter ab initio mundi fuit  
à priscis Patribus varijs modis præsi-  
gurata & prædicta. Magna quoque  
est Virgo ob magnitudinem opum,  
honoris, potentiae, & nobilitatis: quæ  
enim vñquam vel ante vel post ip-  
sam in mundo reperta est à virtuti-  
bus, donisque cælestibus, in quibus  
veræ consistunt diuitiae, locupletior  
Vnde meritò de ea dixit Spiritus san-

**Prou. 31.** Etus: Multæ filiæ congregauerunt sibi dimi-  
tias, tu supergressa es vniuersas. Deinde  
inter omnes creaturas, quæ vñquam  
in mundo exstitit, plus quam illa, o-  
mni honore affecta, non solum ab  
hominibus in terra, sed etiam ab an-  
gelis in cælo, ipsoque Deo? Et si de a-  
lijs seruis suis Dominus dixit, qui si  
bi ministrarent, eos honorandos à  
Patre suo, quantum putamus hono-  
ratam eius matrem, quæ super omnes  
tanto amore, tam fideliter ei mini-  
stravit? Adhac quis potentior & for-  
tior vñquam fuit M A R I A, quæ  
terribilis est ut acies ordinata? quis  
illa plus apud Dominum potest?  
quid à tali filio, non poterit obtinere  
talis mater? breuiter, illa est maior  
omni-

**Iean. 12.**

omnibus, supra omnes, excelsior & eminentior omnibus. Vnde meritò vocatur *signum magnum*. Denique dicitur magna, quia magni filij mater est, quem sicut illa prius vestiuit carne, sic ille vicissim eam vestiuit magna & singulari gloria. Et idcirco rectè subjicitur. *Mulier amicta Sole*. Nam ut Sol plus alijs omnibus corporibus cælestibus lucet & resplendet, sic Virgo gloriosa, tam gratia quam merito, ac splendore gloriæ cæteras omnes creaturem antecellit. Dicitur etiam amicta Sole, hoc est, visceribus misericordiæ: nam vti Sol oritur & lucet æqualiter omnibus, malis & quæ ac bonis, Sic M A R I A misericordiæ suæ visceribus æquè omnes amplectitur, omnibus opitulatur, tam peccatoribus, quam iustis, omnes illuminat, omnes inflamat, omnes eius beneficio, fructus vitæ participes fiunt. Quomodo verò fieri potest, vt non sit amicta sole, quæ amicta est ipso C H R I S T O, Sole iustitiae, & splendore æternæ gloriæ? illa, quæ ob maximam communionem quam habuit ratione carnis cum C H R I S T O non solum in spiritu per gratiam, sed etiam in carne i-

psa vnum quodammodo cum illo  
facta est: sic prorsus, ut nunc in cæ-  
lesti gloria supra omnes beatorum  
ordines, omnesque hierarchias An-  
gelicas euecta, tam vicina & coniun-  
cta sit illi diuino Soli, ut in fælici il-  
la ciuitate, velut nouus quidam Sol  
resplendeat. Dicitur deinde habere  
*Lunam sub pedibus suis.* Quid autem a-  
ltius designat Luna, quam Ecclesiam  
militantem? ut enim luna omnē splé-  
dorem suum mutuatur à Sole: sic Ec-  
clesia non plus lucis habet, quā com-  
municatum illi est ab eo qui dixit, si-  
ne me nihil potestis facere. Præterea, ut  
Luna est admodum mutabilis, & va-  
ria, sic Ecclesia varijs mutationibus,  
persecutionibus & afflictionibus sub-  
iecta est. Vnde nunc plena luce resul-  
get, nunc tota obscuratur, sic ut rectissimè  
dicatur MARIA stare supra Lu-  
nam, sed sub Sole, ut pote media in-  
ter Solem & Lunam, C H R I-  
STVM & Ecclesiam. Nos igitur  
sacra huius nostræ mediaticis am-  
pleteamur vestigia, & supplices pe-  
dibus eius deuotissimis precibus  
eam teneamus, nec deseramus, do-  
nec suam nobis impertiat benedi-  
ctionem.

Ioan. 12.

7. SE

7. SEQVITVR in scriptura. Et in capite eius corona stellarum duodecim. Caput verè dignum coronari stellis, quæ suo eximio splendore potius illustrat stellas quam illustretur & ornetur ab ipsis. Quid vero mirum coronari stellis eam, quæ est amicta Sole? Utinam illarum gemmarum valorem comprehendere quis valeat, ac nominare stellas, è quibus regia illa MARIAE corona fuit contexta. Quid igitur aliud fuisse stellas illas cogitare possumus, quibus illa collucet tam admirabiliter, nisi duodecim prærogatiwas, quibus M A R I A supra omnes dotata fuit & exornata? Quorum prima est, quod ex singulari CHRISTI filij sui gratia concepta fuerit sine vlla peccati originalis macula, instar fulgentis auroræ, & Stellæ matutinæ, quæ prima lucem veri solis intulit & annunciat mndo. Altera prærogatiua & stella huius coronæ est, quod inde à mundi principio nativitas eius tot modis fuerit præfigurata, & tot illustribus promissis prænunciata. Tertia est, quod prima, neglectis ex libertate spiritus legis Mosaicæ

M 4 de-

## 274 MEDITAT. DE

decretis, Deo virginitatem, mentis-  
que & corporis integratatem confe-  
crat. Quarta est, quod tanta reueren-  
tia & submissione, tamque officiose  
fuerit salutata ab Archangelo, ac si  
iam illam in regio throno supra o-  
mnes caelestes Hierarchias consi-  
dentem vidisset. Quinta prærogati-  
ua fuit, quod in beato vtero suo sola  
Spiritus sancti virtute, nulla ope hu-  
mana, & sine villa virginitatis suæ ia-  
cura filium conceperit. Sexta est,  
quod à communī illa & veteri mu-  
lierum in dolore filios parientium  
maledictione immunis fuerit: nam  
non solum citra dolorem ullum pe-  
perit, sed etiam summo cum gaudio  
& exultatione. Septima est, quod post  
partum Virgo permanserit: filius e-  
nim Dei eodem modo egressus est ex  
vtero matris, quo postea exiuit è se-  
pulchro clauso. Unde sequitur illam  
simul fuisse Virginem & Matrem, at-  
que ita consecutam esse benedictio-  
nem fæcunditatis, vt non amiserit  
donum Virginitatis. Octaua fuit,  
quod generit filium, qui simul erat  
DEVS, ac proinde verum hominem  
simul & verum Deum. quare & me-  
ritò appellatur Mater Dei. Nona

præ-

prærogatiua est, quod inde ab exordio conceptionis suæ tanta gratia copia in ea fuerit, ut tota vita neque peccarit, neque peccare potuerit, etiam venialiter; quod de nullo alio sancto etiam in utero matris sanctificato legimus. Decima est, quod post mortem, sacrum eius corpus fuerit integrum, & ab omni corruptione ac putredine liberum conseruatum, non secus quam corpus filij. Undecima, quod paulò post obitum fuerit à Domino resuscitata, animaque & corpore in cælum gloriose assumpta. Duodecima, & ultima prærogatiua est, singularis illa gloria qua nunc in cælo supra omnes beatos, & supra omnes Angelorum choros perficitur; sic prorsus, ut post CHRISTVM, ceu Regina & Mater eius primam sedem ad filij sui dextram in cælesti regno obtineat. Hæ ergo sunt pretiosissimæ illæ, & inestimabiles gemmæ, ac lucidissimæ stellæ, quibus magnaë huius mulieris, & dignissimaë nostræ Reginæ tantoperè à Dco honoratæ, & ab omnibus creaturis cultæ caput exornatum videmus.

Quare meritò de ea dici potest, quod in eius laudem canit Ecclesia, Nec

M s pri-

276 MEDITAT. DE  
primam similem visa est, nec habere se-  
quentem.

C O L L O Q V I V M .

**O** Serenissima Regina, ô mis-  
ericordiæ mater, ô vita, dulcedo  
& vnica spes nostra, quæ hodie cum  
tanta gloria cælum ascendisti, tua-  
que singulari pulchritudine, vniuer-  
sam ciuitatem Dei exhilarasti, oro te  
per sponsi huius dilecti, cui insepara-  
biliter nunc es coniuncta, amorem,  
vt tantarum delitiarum, quibus infe-  
lici patria abundas, nos inopes Euæ  
filios in hac lachrymarum valle exu-  
les participes reddere digneris; con-  
uerte, quæso, ad nos misericordes &  
maternos oculos tuos, & deorsum  
dona & charismata spiritalia demit-  
te. vt, si non mereamur beatæ & lau-  
tæ illi mensæ accumbere tanquam  
filij, saltem ex misericordiæ sanctissimis  
tuis manibus cadentibus satiari pos-  
simus tanquam catelli. Quare, ô fi-  
delissima aduocata, & misericordissi-  
ma mater nostra benignè excusare  
velis insufficientiam nostram, nobis  
que concedere, vt precum tuarum be-  
neficio ad contemplationem & pos-  
sessionem cælestium tuorum bono-  
rum

rum peruenire aliquando possimus,  
vbis fauore & opera tua gloria coro-  
nati, te, filiumque tuum dulcissimum  
in saecula saeculorum digne collau-  
demus AMEN.

## DOCUMENTA.

**B E A T I S S I M A** Virgo corpore &  
anima in cælum assumpta est, ut ibi pro-  
nobis officio fungeretur Mediatrix & ad-  
vocata apud Dominum, tam in corporali-  
bus, quam spiritualibus necessitatibus. Itaq;  
si velimus ab ea exaudiri & iuuari, ac  
tandem aliquando cum ea regnare & triū-  
phare in cælo, studeamus eam imitari, &  
semitam illam, quam illa percurrit, perse-  
quamur. Nam imprimis Virgo ut ad  
cælestem domum attingeret, tenuit viam  
puritatis: sic nos insistendo eius vesti-  
gijs operam dare debemus, ut puritatem  
mentis & corporis tueamur, siquidem  
scriptum est, Non intrabit in eam ali-  
quid coquinatum. **S E C V N D O** te-  
nuit B. Virgo viam humilitatis: sic nos ad  
eam imitandam semper debemus hanc vir-  
tutem habere in corde, verbis & operi-  
bus: submissè de nobis sentiendo, & cum  
omnibus colloquia humilia & mansue-  
ta instituendo, nec refugiendo humilitatis

Apoc. 21.

CHRISTIANÆ opera, si quando  
aut proximi charitas, aut maior Dei gloria  
postulat. Nisi enim efficiamur sicut  
paruuli, inquit Dominus, non intrabi-  
mus in regnum cælorum. Tertio te-  
nuit B. Virgo viam paupertatis, nihil ha-  
bens proprium in hoc mundo: sic nos si vo-  
lumus esse participes opum cælestium, ne-  
cessere est, ut cor nostrum ab his bonis terre-  
nis & caducis auellamus, cum dixerit Da-  
minus, Facilius esse camelto transire per fo-  
ramen acus, quam diuitem intrare in reg-  
num cælorum. Quarto triuit B. Virgo viam  
charitatis tam erga Deum, quam erga pro-  
ximum: sic & nos amorem Dei debemus  
omnibus alijs rebus, etiam vitæ nostræ an-  
teponere, parati potius mori quam diui-  
num aliquod præceptum prævaricari; de-  
bemus item dilatare charitatem in pro-  
ximum, compatiendo illi, & in neceſſi-  
tatis tam corporalibus, quam spiritua-  
libus illi subueniendo: charitas enim est  
Symbolum, teste Domino, quo dignoscun-  
tur veri Christiani, & discipuli C H R I S T I.

Quintò beatissima Virgo quo-  
que ambulauit per viam patientiæ in tri-  
bulationibus & persecucionibus: per  
quas necesse est & nos ambulare, si sal-  
nari velimus. Nam, ut dicit Aposto-  
lus. Non coronabitur, nisi qui legitimi-

mē

Matt. 18.

Matt. 19.

mē certauerit. Denique sicut sanctis.  
fma virgo usq; ad finem vite in his san-  
ctis & pijs actionibus, quibus tantam co-  
ronam promeruit in cælo; perseverauit; sic  
suis nobis nō est, bonā viā ingredi, sed opus  
est ut celestis coronæ præmium assequa-  
mur, ut in vita pia & sancta usque ad fi-  
nem persistamus, cum dixerit dominus.  
Qui perseverauerit usq; in finem hic  
saluus erit.

2. Tim. 2.

2. Quoniam fides & certitudo diuinorū  
mysteriorū Resurrectionis & Ascensionis  
in cælum Christi Domini nostri plurimum  
proderat ad salutē nostram. Si enim Chri-  
stus, inquit Apostolus, non resurrexit,  
vana est fides nostra, idcirco Dominus  
voluit illa tot apparitionib; tamq; varijs  
argumentis horum veritatem manifestari.  
Sed mater eius sanctissima, quia resurrecti-  
onis eius & assumptionis in cælum fides  
non faciebat ad salutem nostram, sed tan-  
tum cedebat ad maiorem eius honorem &  
gloriam, ideo noluit eam manifestare; sed  
potius id temporis occultare, totā eius rei  
curam relinquēs Deo, qui suis temporibus  
cu n summo matris sue honore illud Eccle-  
sie inspirauit. Vnde discere possumus, que  
in nostrū honorem redundant ex parte no-  
stra melius taceri & occultiari; Deus enim,  
quando ad maiorem gloriam eum & pro-

Matt. 10.

1. Cor. 15.

280 MEDITAT. DE  
ximorum utilitatem erit, rem euulgabit.  
si autem redundant in saluē atiorum,  
non modo possunt, sed etiam debent mani-  
festari, exemplo Apostoli, qui ad Corin-  
thios in fide confirmandos, sublimem illam  
reuelationem sui raptus in terrium cœlum  
patefecit.

3. Mater Dei sanctissima, quia cor suum  
remotissimum habebat à terra, & in Deo  
solo quem ardentissime amabat, defixum,  
idcirco in cœlis super omnes angelorum  
choros exaltata est. Hic modus est, quem  
Deus in electis suis remunerandis, & re-  
probis castigandis tenet: ut quo amplius  
homo affectum suum ab amore rerum ter-  
renarum auellit, & in amorem rerum ce-  
lestium commutat, hoc sublimiorem in ce-  
lo sedem consequatur. Contra, quo affectu  
& mente magis immersus fuerit terre,  
voluptatibusque & delicijs huius mundi  
ac carnis firmius adhæserit, hoc sedem pro-  
fundiorem obtinebit sub terra. Itaque si  
certe cognoscere volumus, quæ sors nobis  
obuentura sit, sublimis an humilis, felixne  
an infelix, diligenter affexus & desideria  
cordis nostri indagemus, sintne cœlestia, an  
carnalia & terrena, atque hinc estimare  
poterimus, quid Deus nobiscum sit actu-  
rus.

D'E